Sit omnibus manifestum quod nos domina Ermessendis dei gratia abbatissa Cenobii sancti Petri puellarum cum consilio et voluntate tocius conventus et plurimorum sapientum virorum attendentes
complementum legitime esse judicatum in tribus sententiis tibi Arnaldo de Vallibus ratione filiorum tuorum in bonis que quondam fuerunt Bengarii de Palacio Daries que sententie transierunt per trans-
cursum temporis et approbationem Guillelmi de Palacio Daries adversarii tui in rem judicatam attendentes etiam quod dictus Guillelmus et etiam Guillelmus Diachus de Calidis qui se opponebant ex-
ecutioni dictarum sententiarum ratione sororis sue et nepotum suorum filiorum dicti Guillelmi de Palacio Daries per nos fuerunt plures et legitime citati ut venirent coram nobis parati dicere et alle-
gare si quas defensiones habent vel possunt habere contra executionem dictarum sententiarum ipsis tamen in sua contumacia existentibus cum tibi non possimus in justicia deficere nec debeamus mittimus
te in possessionem partis honorum que quondam fuerunt dicti Bengarii de Palacio Daries videlicet fabrice et mansi qui dicitur Raymundi de Maso. Qui honores sunt in parrochia de Palacio Da-
ries et sunt alodium nostrum. Actum est hoc xiii. Kalendas Januarii anno domini millesimo quadringentesimo nono. Testes huius rei sunt G. de Pinello. R. de
Conamina. Gr. de Marina. et P. de Collbetono etc. :: Signum Ermersendis dei gratia abbatissa sancti Petri.

Signum Cenobii de monte Cluso prioris sancti Petri :: Signum Marie de Oleto de Oleto date

Signum Geraldi de Demerles de Oleto date

Signum Ermersendis de Prexana de Oleto date

Signum Petri Laurencii notarii publici barchinonensis qui hec scripsit die et anno prefixis



Ermessenda, abadessa de Sant Pere de les Puel·les, decreta que els béns de Berenguer de [...], 20/12/1249, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers